Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Signa finientis mundi.

clades egyptis ostenderetur: ita in ultimo fient prodigia mirabunda per
omnia elementa mundi: quibus imminens exitus vniuersis gentibus
propinquante huius igitur seculi termino humanarum rerum status
omutari nece est: & in deterius nequitia inualescente prolabi: utinam
nostra hec tempora: quibus iniquitas & malitia usque ad summum gradum
creuit in illius tam insanabilis mali comparatione felicia & prope aurea
possint iudicari: sta h. iustitia arescet & impietas & auaritia & cupi
ditas & libido crebescet: ut si qui forte tum fuerint boni: prede fiant
scelerum: ac diuexentur iudicique ab iniustis. Soli autem mali opulen
ti sint: Bonis vero in omnibus contumelyis atque in egestate iacentibus
Confundetur omne ius & leges interibunt. Nihil quisque tunc ha
bebit. nisi aut male quesitum aut defensum male. Audacia & uis
omnia possidebunt. Non fides in omnibus. non pax. non humanitas
non pudor non veritas erit. atque ita neque securitas neque regimen. neque
requies a malis ulla. omnis h. terra tumultuabitur. frement ubique
bella. omnes gentes in armis erunt. & semiuicem oppugnabunt.
Ciuitates inter se finitime pliabuntur. & prima omnium egipto
stultarum supstitionum penas luet. & sanguine uidui fluminis
operietur: Tunc pagabit gladius orbem metens omnia. & tamque mes
sem cuncta prosternens: Cuius vastitatis & confusionis hec est causa.

Hominis romani ruina.

quod romanum nomen quo nunc regitur orbis: honor aius dicere:
sed dicam: Ruina futurum est. tolletur e terra. & impium in aliam re
uertetur. ac rursus orientis dominabitur: atque occidens seruiet: Hec mi
rum cuique debet uideri: si regnum tanta mole fundatum ac tam diu
per tot & tales duces auctum. tantis demque opibus confirmatum ali
tamen corruet: Nihil est. h. humanis rebus laboratum: quod nō hu
manis atque rebus desinit posse. Quomam mortalia sunt opa mor
talium Sed & alia prius regna cum diuitiis floruisse & in illo minus
tamen occiderunt: Nam & egyptios & persas & grecos & assirios pro
ditum est regnum habuisse terrarum: quibus omnibus destructis
ad romanos quoque rerum summa peruenit: qui quanto ceteris omnibus
regnis magnitudine antecellant tanto maiore decident lapsu: Qua
plus habent ponderis ad ruinam: que sunt ceteris altiora: Non in
scite Seneca Romane urbis tempora distribuit: primam h. dix
infantiam sub rege romulo fuisse: a quo & genita & qui educata sit
roma. Deinde puericiam sub ceteris regibus: a quibus & aucta sit:
& disciplinis pluribus institutisque formata. At vero torquato regnante:

Lucanus. Ninio graues sub pondere lapsus
Seneca de ppli romani etatibus.